



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Anthias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

sum asservetur, ut gravidis alligatus partus facilitate juvet, unde *ἀδινολύοντα*, quasi *ἀδινά* λέγεται, eum appellaverit Græci. Non abs re vero me facturum existimo, si calumniam obiectam Plinio, quod Aristotelem arguerit imperitia sustulero; simulque præstantes hos authores quos librariorum imperitia commisit, conciliavero. Locus est apud Plinium de Remora: *Pedes eum habere arbitratu Aristoteles, ita posita pinnarum similitudine*. Sedenim, apud Aristotelem, unde locus hic de historia animalium libr. 2. cap. 14. desumptus est, non ita habetur, quin eorum is errore arguit, qui pedes eum habere prodiderunt, quibus omnino caret, sed quoniam pinnas habet pedibus similes, hinc ita pedibus instare videatur. Sed cur non ipsa Aristotelis verba ponamus? *Ἰσθίου δὲ ἰχθύου τὸ πᾶν περὶ τῶν ὀκτακάλων πτερυγίων ὁ καλῶς πτεροὶ ἐχέειν ὁμοίαι ἔχειν ποσὶ*. Sed quoniam impium propemodum est credere Plinium Aristotelis verba ad verbum pene transferentem, quod præ omnium oculis erat, inficiatum esse aut authorem immerito vellicasse, crediderim ego dictionem Aristotelis subditiitiam & adulteram esse: fuisse tamen in alicujus codicis margine notatam à quopiam, qui Pliniana verba Aristotelis eadem agnoscebat, ut ita lectores admoneret, Plinium ex Aristotele illa decerpisse: postea vero librariorum imperitia intertextam eam locutionem, ut pleraque id genus alia toto opere detrahuntur. Legamus igitur cum Aristotele Plinium conciliantes; *Pedes eum habere nonnulli arbitrantur, cum minime habeat, sed ita videri propter pinnas, quæ sunt pedibus similes*. Cui sententiæ me, præter, unumquemque peritum virum procliviter accessurum.

Conciliatio
Plinii cum
Aristotele.

Magnanimum
Emmagnum
morbum
comitialium.

DE ANTHIA. CAP. VII.

Plutarchus eo libello quo diserit, utrum aquatica, an terrestria animalia magis prudentia essent, quem piscem Homerus *ἱερὸν*, id est, Sacrum appellavit, Anthiam esse videtur opinari. Eustathius tamen *ἱερὸν*, magnum interpretatur, ut *ἱερὸν ἰσθίου*, & *ἱερὸν Ἰππληλίου*, cui Athenæus etiam accedit. Alii *ἀφρονὴ καὶ ἱερὸν*, hoc est, emeritum exponunt, veluti sacrum Bovem dicimus, quia à jugo in posterum dimissus. Cæterum Homerus eo versu qui legitur, *ἰ. π.*

<i>ἰς ὄπιθεν Φοῖς</i>	<i>In procurente ut quisquam</i>
<i>Πέτρῃ δὲ πρὸς ἑλῆλι καθήλωσεν ἱερὸν ἰσθίου</i>	<i>Cauti sedens salso sacrum de gurgite piscem</i>
<i>Ἐκ πόντιο θύραζε λιῶα καὶ οἶνο π γαλκῶ</i>	<i>Extrahit aratis hamis, linosq; prehensum,</i>

sacrum ideo piscem appellasse videtur, quod maritima omnia fuerint antiquitus sacra, & piscari religiofum esset: veluti Ulyssis focii non nisi magna fame coacti ad piscationem confugiunt: ita enim Homerus,

<i>Ἄλλ' ὅτι δὴ πρὸς γ' ἐξέφθη ἡία πάντα,</i>	<i>Sed postquam in ratibus penus est exhausta marina</i>
<i>καὶ δὴ ἀζελῶ ἐφάπεπον ἀληπιόντες ἀνάγκη</i>	<i>Quarere venatu visum coguntur iniquum,</i>
<i>Ἰχθύς ὄρνιθας π Φίλας, ὁ, τιχεῖρας ἰκοίθ</i>	<i>Piscesq; volucresq; manus quo incidere posses,</i>
<i>Ἰναμπλοῖς ἀγκυρίσσιον, ἐτείρε ἦ γαστήρα λιμός.</i>	<i>Incurvis captant hamis, vis namq; adgehæi</i>
	<i>Imperiosa famis.</i>

Huc & Theocritum citant Berenice, Leucum piscem appellasse Sacrum. Eratosthenes putat Cleophrin potius Sacrum appellari, & hoc ajunt sentire Galatea Callimachum. Theocritianus piscator aureum, quem cepisse somniaverat, piscem Neptuno charissimum esse religiosissime veretur. Sed multi Elopem, nonnulli Pompilum dicunt. Et Delphinum etiam Sacrum volunt. Plinius Planos omnes sacros existimari autumat. Utcumque tamen authores aliis atque aliis taveant, bona eorum pars in Anthiam consentiunt, rarum inventu piscem, frequentiore tamen circa Pamphiliam, de quo habito raritatis ratione dixerit Martialis Epigrammaticus:

*Ad palatinas acipenseræ mittite mensas,
Ambrosius ornent munda mra dapes.*

Quem sane inter selectiores cibos ponit M. Tullius Tusculanis, neque non libro *De sinitibus bonorum & malorum*. Neque sum nescius, qui reperitur in Arethusa fonte, alium forma esse, & alia de causa sacrum. Cur vero tam multa super Anthia quaerimus, ea fuit causa, quod hieroglyphicum ejus significat.

Et in Chelidonio insula, Plin. l. 9. c. 59.



A tum posituri, nolimus quempiam à nobis contendere, piscis ejus formam & nomen nostro seculo cognitas, cum omnis antea ceteri temporis curiositas in re pervestiganda defessa, nihil adhuc certi protulerit.

SECURITAS PERICULIS LIBERA. CAP. VIII.

Id autem nostri fuerit insipienti, dicere quemadmodum per Anthiæ piscis figuram securitas à periculis omnium timore libera proponitur. Hieroglyphici causam afferunt, quod quo is in loco sit, nullam ibi belluam reperiri confessum est: eum siquidem non aliter vitant belluæ, quam Suem Elephanti. Gallum Leones: quo jam indicio securi spongiores urinantur. Quod vero diximus Planos omnes Plinio sacros esse, certissimam ait ille securitatem vidisse Planos pisces: quia numquam sint ubi maleficæ bestia, qua de causa urinantes Sacros eos appellant.

SECURITAS OTIOSA. CAP. IX.

Quoniam vero perdifficile est certam piscis hujusmodi formam adinvenire, cum ætate nostra velignotus mutato nomine inter alios obrepat, vel indignatus alios sibi præferri sponte solū verterit, neq; maria nostra invisere amplius dignetur: non abs re me facturum existimavi, si quandoquidem in securitatis hieroglyphicum incidimus, neque satis de pisce constat, alias quasdam ejus species, quæ usui cuiquam forte futuræ sint, ex numis veterum substituissim. In numo enim Neronis dea est sella sedens, dextera manu ad aurem appressa, sinistra trophæum in virgula tenens, crure sinistro, quam longum est, exporrecto, cujus inscriptio est, SECURITAS. Et quantum pertinet ad dexteram eo modo sitam, Plinius Epistola quadam ad Romanum ait: Nihil quod in dexteram aurem fiducia mei dormias. Quod vero ad exporrectum crus pertinet, Lucianus in libello De iis, qui mercede conducti degunt: Ut illud quod in votis omnium est, exiensis pedibus tandem accubare possis. Tale quiddam apud Aristophanem, Pluto. In altero Neronis ejusdem dea sedens, ara ante posita, radium læva tenet, dextera caput ab occipitio sustentat: de quo gestu Terentius, Faciam in utramvis aurem otiosus ut dormias. Bassilius & Menander id de otioso dici volunt, turpiq; qui sit desidix deditus. Inscriptio vero numi, SECURITAS, ut in superiori. In numo vero Imp. M. Jul. Philippi Aug. dea sedet, dexteraque sagittam tenet, lævam supra caput tollit innixam sellæ. Hieroglyphici inscriptio, SECURIT. ORBIS. In numo Antonii Pii Aug. Brit. dea sedens cum radio in læva, dextera capiti & sellæ innititur: Inscriptio, SECURITATI PERPETUÆ. In numo Lucillæ Augustæ nutrix est sedens, tribus infantibus appositis, quorum unus lactens in gremio est, duo ante pedes una collidunt: Inscriptio, SECURITAS. In numo, circa quem literæ, IMP. M. OTHO CÆSAR AUG. TR. P. à læva dea stans: quæ læva scipionem tenet, textera aquilam: literæ, SECURITAS P. R. Sedenim partim hæc in Sellæ commentario, atque ubi de Aquila factum gestante differuimus: neque non in Anchora, repetuntur.

Hinc illud Plinarchi Symposi. 4 c. 4. in parvæ qui capparis distillat. Hinc batur, cum possit Antiochia splendidius vivere. In Heaut. M. Jul. Philippi. Antonii Pii, Lucilia Augustæ, & M. Otho Casnani.

DE CEPHALO.

JEJUNUS. CAP. X.

Sunt qui jejunum hominem ostendere volentes, Cephalum ex Mugilum genere transictorum pingant: is enim non nisi mucore vescitur suo, quamobrem ipse semper jejunus, atq; hinc illa intestini ganæ adeo expetita suavitas κεφalus à Græcis appellatur, à nonnullis Plotes. Atq; in super adagium circumfertur, κεφalus κεφalus, de jejunis. Tantiq; stuporis is esse fertur, in metu occultato capite, delitescere corpus reliquum arbitretur, eoq; nonnulli non illepide proverbium trahunt.

VITANDI PERICULI SOLERTIA. CAP. XI.

Per eundem Cestrea qui modo stuporem præ se ferebat, vitandi periculi solertiam significari conperio: siquidem is, ut luculentissime scripsit Oppianus, cum se reibus circumvctum senserit, in sublime sese alacri jaculatur saltu, totoque virium conatu in summam undam affectat emicare, ac plerumq; accidit, ut subera transiliat, quibus retia suspendantur, atq; ita capturam evadat. Secus tamē

Cestrea jejuna, sive κεφalus fame oxi. lat: Meminam lib. 7. signa. men